Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Breviarium cisterciense (pars aestivalis) - Cod. Karlsruhe 3426

[Herrenalb], [13. Jahrh.]

Cantica

urn:nbn:de:bsz:31-90406

Visual Library

supplicanti. ut quod
ecclesia tua corporali
bus proficit spaciis
spiritualibus amplifice
tur augmentis. vs. a.
Vidit iacob scalam. et c.
cap. Vidi ciuitatem.
R. Domum tuam domine
decet sanctitudo. In lon
gitudine dierum. v.
Domus mea. int.
Zacheus festinans descen
de quia hodie in domo
tua oportet me manere.
At ille festinans descen
dit et suscepit illum
gaudens in domum su
am. hodie huic domui
salus a deo facta
est alleluia. col.
Deus qui nos per.
s. Canticum in pascha.

Quis est iste qui uenit
de edom tinctis uesti
bus de bosra. Iste formosus
in stola sua gradiens in
multitudine fortitudinis
sue. Ego qui loquor iusti
ciam et propugnator sum
ad saluandum. Quare
ergo rubrum est indumentum
tuum et uestimenta tua
sicut calcantium in torculari.
Torcular calcaui solus
et de gentibus non est uir
mecum. Calcaui eos in fu
rore meo et conculcaui
eos in ira mea. Et aspersus
est sanguis eorum super uesti
menta mea et omnia
indumenta mea inquinaui.
Dies enim ultionis in corde
meo annus retributionis mee
uenit. Circumspexi et

non erat auxiliator. quesivi
et non fuit qui adiuvaret. Et
salvavit me brachium meum.
et indignatio mea ipsa auxi
liata est michi. Aliud

Venite et revertamur ad
dominum quia ipse cepit et
sanabit nos. percutiet et cu
rabit nos. Vivificabit
nos post duos dies in die
tercia suscitabit nos. et
vivemus in conspectu eius
sciemus sequemurque ut cognos
camus dominum. Quasi dilucu
lum preparatus est egressus
eius. et veniet nobis quasi
ymber temporaneus et
serotinus terre. Quid faciam
tibi effraim quid faciam iu
da. misericordia vestra quasi nubes
matutina et quasi ros ma
ne pertransiens. Propter

hoc dolavi in prophetis et
occidi eos in verbis oris
mei. et iudicia mea quasi
lux egredientur. Quia
misericordiam volui et non sacri
ficium. et scientiam dei
plus quam holocaustum.

Expecta me dicit dominus
in die resurrectionis
mee in futurum. quia iu
dicium meum ut congregem
gentes et colligam regna.
Et effundam super eos indig
nationem meam. et omnem
iram furoris mei. In
igne enim zeli mei devo
rabitur omnis terra.
quia tunc reddam populis
labium electum ut invo
cent omnes in nomine domini et
serviant ei humero uno.
Ultra flumina ethiopie inde

supplices mei. filii disper-
sorum meorum deferent munus
mihi. In die illa non con-
funderis super cunctis ad-
inventionibus tuis quibus
prevaricata es in me. Quia
tunc auferam de medio tui
magniloquos superbie tue.
et non adicies exaltari am-
plius in monte sancto meo.
Et derelinquam in medio
tui populum pauperem et ege-
num. et sperabunt in nomine
domini reliquie israel. Non
facient iniquitatem nec lo-
quentur mendacium. et
non invenietur in ore eorum
lingua dolosa. Quoniam ipsi
pascentur et accubabunt.
et non erit qui exterreat.

Cantica dominicis diebus
preter festa sanctorum.

Domine miserere nostri te enim
expectavimus esto brachium
nostrum in mane. et salus nostra
in tempore tribulationis.
A voce angeli fugerunt populi.
et ab exaltatione tua disperse
sunt gentes. Et congrega-
buntur spolia vestra sicut
colligitur bruchus. velut
cum fosse plene fuerint de
eo. Magnificatus est dominus
quoniam habitavit in excelso.
implevit sion iudicio et
iusticia. et erit fides in tem-
poribus tuis. Divitie salu-
tis sapientia et scientia.
timor domini ipse est thesaurus
eius. Ecce videntes cla-
mabunt foris. angeli pacis
amare flebunt. Dissipa-
te sunt vie cessavit transiens
per semitam. irritum factum est

pactum, proiecit ciuitates non
reputauit homines. Luxit
et elanguit terra, confusus est
libanus et obsorduit. Et
factus est saron sicut desertum,
et concussa est basan et car-
melus. Nunc exurgam
dicit dominus, nunc exaltabor et
nunc sublimabor. Aliud

Audite qui longe estis que
fecerim dicit dominus, et cog-
noscite uicini fortitudinem
meam. Conterriti sunt in
syon peccatores, possedit
tremor ypocritas. Quis po-
terit habitare de uobis cum
igne deuorante, aut quis
habitabit ex uobis cum ar-
doribus sempiternis. Qui
ambulat in iustitiis et lo-
quitur ueritatem. qui proicit a-
uaritiam ex calumpnia,
et excutit manus suas ab
omni munere. Qui ob-
durat aures suas ne au-
diat sanguinem, et claudit
oculos suos ne uideat ma-
lum. Iste in excelsis ha-
bitabit munimenta saxorum
sublimitas eius panis ei
datus est, aque eius fideles
sunt. Regem in decore
suo uidebunt oculi eius
cernent terram de longe,
cor tuum meditabitur timorem.

Miserere domine plebi tue
super quam inuocatum
est nomen tuum, et israel
quem coequasti primogenito
tuo. Miserere ciuitati
sanctificationis tue ierusalem,
ciuitati requiei tue. Re-
ple sion inenarrabilibus
uirtutibus tuis, et gloria

ipsum tuum. D a testimoni
um quia ab initio creature
sunt. et suscita predica
tiones quas locuti sunt in
nomine tuo prophete priores.
D a mercedem domine sustinen
tibus te ut prophete tui fideles
inveniantur. et exaudi
orationem servorum tuorum.
S ecundum benedictionem
aaron de populo tuo. et di
rige nos in viam iustitie.
V t sciant omnes qui habi
tant terram. quia tu es
deus conspector seculorum.
Domine Dec ca cce.
audivi auditionem
tuam et timui. D omine
opus tuum in medio annorum
vivifica illud. I n medio
annorum notum facies. cum
iratus fueris misericordie recor-

daberis. D eus ab austro ve
niet. et sanctus de monte pha
ran. O perit celos gloria eius.
et laudis eius plena est terra.
S plendor eius ut lux erit.
cornua in manibus eius. I bi
abscondita est fortitudo eius.
ante faciem eius ibit mors.
E gredietur diabolus ante pe
des eius. stetit et mensus
est terram. A spexit et dissol
vit gentes. et contriti sunt
montes seculi. I ncurvati
sunt colles mundi. ab itine
ribus eternitatis eius. aliud
Pro iniquitate vidi tento
ria ethiopie. turbabuntur
pelles terre madian. N um
quid in fluminibus iratus es
domine. aut in fluminibus fu
ror tuus. vel in mari in
dignatio tua. Q ui ascendes

super equos tuos. et quadrige
tue saluatio. Suscitans
suscitabis arcum tuum.
iuramenta tribubus que lo-
cutus es. Fluuios scindes
terre uiderunt te et dolue-
runt montes. gurges aquarum
transiit. Dedit abissus uo-
cem suam. altitudo manus
suas leuauit. Sol et luna
steterunt in habitaculo suo.
in luce sagittarum tuarum ibunt
in splendore fulgurantis
haste tue. In fremitu con-
culcabis terram. et in furore
obstupefacies gentes.
Egressus es in salutem populi
tui. in salutem cum christo
tuo. Percussisti caput de
domo impii. denudasti
fundamentum usque ad collum.
Maledixisti sceptris eius

capiti bellatorum eius. uenien-
tibus ut turbo ad dispergen-
dum me. Exultatio eorum.
sicut eius qui deuorat
pauperem in abscondito.
Viam fecisti in mari equis
tuis. in luto aquarum mul-
tarum. Audiui et contur-
batus est uenter meus.
a uoce contremuerunt labia
mea. Ingrediatur putredo
in ossibus meis. et subter
me scateat. Ut requiescam
in die tribulationis. et
ascendam ad populum accinc-
tum nostrum. Ficus enim non
florebit. et non erit ger-
men in uineis. Mentietur
opus oliue. et arua non
afferent cibum. Abscidetur
de ouili pecus. et non erit
armentum in presepibus. Ego

aut in dn̄o gaudebo: et
exultabo in deo ihū meo.
Deus dn̄s fortitudo mea:
et ponet pedes meos qͥ
cervorum. Et sup excelsa
mea deducet me victor:
in psalmis canentem.

Cantica de apl̄is et m̄rib;

Vos sancti dn̄i vocabi
mini: ministri dei
n̄ri. Dicetur vobis for
gentiū comedetis: et in
glā eorum superbietis. Pro
confusione vr̄a duplici et
rubore: laudabunt parte
eorum. Propterea in tra sua
duplicia possidebunt:
leticia sempiterna erit eis.
Quia ego dn̄s diligens
iudicium: et odio hn̄s ra
pinam in holocaustum.
Et dabo opus eorum in ve
ritate: et fedus ppetuum
feriam eis. Et scietur in
gentibus semen eorum: et ger
men eorum in medio ppl̄orum.
Omnes enī q̄ viderint eos
cognoscent illos: quia isti
sunt semen cui benedixit dn̄s.
Fulgebunt iusti: et tanquam
scintille in arundineto
discurrent. Iudicabunt
nationes et dn̄abunt ppl̄is:
et regnabit dn̄s illorum in ppe
tuum. Qui confidunt in
dn̄o intelligent veritatē:
et fideles in dilectione acq
escent illi. Quo donū et
pax: est electis dei.
Reddet deus mercedem
laborum scōrum suorum: et de
ducet illos in via mirabili.
Et erit illis in velamento
diei: et in luce stellarum nocte.

Transtulit illos mare ru
brum: et transuexit illos
per aquam nimiam. Inimicos
autem illorum dimersit in ma
re: et ab altitudine inferorum
eduxit illos. Ideo iusti
tulerunt spolia impiorum:
et decantauerunt domine nomen
sanctum tuum. Et uictricem
manum tuam laudauerunt
pariter: domine deus noster.

De uno martire et de uno confessore.

Beatus uir qui in sapientia
morabitur. et qui in iusti
cia meditabitur: et in sensu
cogitabit circumspectionem
dei. Cibauit illum pane
uite et intellectus: et aqua
sapientie salutaris potauit
illum. Et firmabitur in
illo et non flectetur. et conti
nebit illum et non confun
detur: et exaltabit illum
apud proximos suos. Et
nomine eterno hereditare
bit illum: dominus deus noster.

Benedictus uir qui confi
dit in domino: et erit dominus
fiducia eius. Et erit
tamquam lignum quod plan
tatum est secus decursus
aquarum: quod ad humorem
mittit radices suas: et
non timebit cum uenerit
estus. Et erit folium eius
uiride. et in tempore siccitatis
non erit sollicitum: nec
aliquando desinet facere fructum.

Beatus uir qui inuentus
est sine macula. et qui
post aurum non abiit. nec
sperauit in pecunie thesau
ris. Quis est hic et lauda
bimus eum: fecit enim mira

bilia in vita sua. Qui probatus est in illo et perfectus inventus est: et erit illi gloria eterna. Qui potuit transgredi et non est transgressus: et facere mala et non fecit. Ideo stabilita sunt bona illius in domino: et elemosinas illius enarrabit omnis ecclesia sanctorum.

Cantica de virginibus

Audite me divini fructus: et quasi rosa plantata super rivos aquarum fructificate. Quasi lybanus: odorem suavitatis habete. Florete flores quasi lylium date odorem et frondete in gratiam: et collaudate canticum: et benedicite dominum in operibus suis. Date nomini eius magnificentiam: et confitemini illi in voce labiorum vestrorum. In canticis labiorum

et cytharis: et sic dicetis in confessione opera domini universa bona valde.

Gaudens gaudebo in domino: et exultabit anima mea in deo meo. Quia induit me vestimento salutis: et indumento iusticie circumdedit me. Quasi sponsum decoratum corona: et quasi sponsam ornatam monilibus suis. Sicut enim terra profert germen suum: et sicut ortus semen suum germinat: sic dominus deus germinabit iusticiam et laudem coram universis gentibus. Propter syon non tacebo: et propter ierusalem non quiescam: donec egrediatur ut splendor iustus eius et salvator eius ut lampas accendatur. Et videbunt gentes iustum tuum: et cuncti reges inclitum

tuum Et vocabitur tibi no
men novum: quod os domini nomi
navit Et eris corona glorie in
manu domini: et dyadema reg
ni in manu dei tui G lia.

Non vocaberis ul
tra derelicta: et terra
tua non vocabitur amplius
desolata Sed vocaberis
voluntas mea in ea: et ter
ra tua inhabitabitur Quia
complacuit domino in te: et terra
tua inhabitabitur Habitabit
enim iuvenis cum virgine: et habi
tabunt in te filii tui Et gau
debit sponsus super sponsam: et
et gaudebit super te deus tuus.

Super muros tuos ierusalem
constitui custodes: tota die et
tota nocte in perpetuum non tace
bunt Qui reminiscimini dnm
ne taceatis: et ne detis si
lentium ei: donec stabiliat
et donec ponat ierusalem laudem
in terra. In pasca ymnus

Hic est dies verus
dei sancto serenus lumine:
quo diluit sanguis sacer pro
brosa mundi crimina Fide
credentes perditis. cecosque vi
su illuminans. quem non gravi
solvit metu latronis ab
solutio Qui premium mu
tans cruce ihesum brevi acquirit
fide. iustosque previo gradu
prevenit in regnum dei Opus
stupent et angeli. penam viden
tes corporis. christoque adheren
tem reum vitam beatam car
pere divisio Misterium
mirabile ut abluat mundi
luem peccata tollat omnium carnis
vitia mundans caro Quid
hoc potest sublimius ut culpa
querat gratiam metumque solvat
caritas reddatque mors vitam